Bononia (Bologne)

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

2 Fichier(s)

Les relations du document

Collection III. 2. Manuscrits par ville

Ce document a pour suite :
Cantabrigia (Cambridge)

Collection III. 2. Manuscrits par ville

Berolinum (Berlin) *a pour suite ce document*

Présentation

Mentions légalesFiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

Informations éditoriales

Contexte géographiqueBiblioteca Universitaria (Bologna, Italie)

Description & Analyse

DescriptionPrésentation détaillée des manuscrits conservés à Bologne, Biblioteca universitaria :

- ms. 2048 [Diktyon 9713]
- ms. 2432 [Diktyon 9730]

Pour des raisons d'affichage des caractères, certains symboles musicaux ne sont pas retranscrits.

Notice créée par Laurent Capron Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification le 03/02/2025

---

recedit, cuius peior est versuum ordo (ut sequantur I 1. (10ᵃ)
5. 9) et minor notarum numerus (quinque) in I 5 (B habet sex signa). cum tamen aliis in versibus plura signa musica habeat P (undecim habet II 9, ubi B tres, tredecim habet II 11, ubi B undecim), vides neutrum a neutro pendere. propinquus tamen est B codicis Par. 2458; habet quinque sonos musicos inscriptos in I 5, duos in II 13, paucas in II 9 et 11. communes sunt formae *βακχαῖος*, *ῥοδόεσσαν*, *χρόνων* II 22, *γάννυται*, *ἔχουσα* III 5, *μέτρα* (pro *μετρεῖς* III 11). sed tribus in versibus plures notas exhibet Ber. (II 7 ρ, II 9 ϲ, II 11 duo ι). exiliorem igitur vides hunc Parisinum, ut ex eo Ber. oriri non potuerit. hic autem cum plenior sit, multis autem in erroribus Parisino par, transscriptum puto P illum ex B. inspexi 1890. de his omnibus cf. Stud.-Cohn p. 65.

Ber. Phill. 1578. ch. S. XVI. Ptol., Bry., Porph. univ. (10ᵇ)
— Stud.-C. 77.

Bononiensis 2048, quinque volumina chartacea, (11)
S. XVI. erat olim Johannis Cingari. De hoc referunt Amsel et Studemund in actis Vrat. I 3, p. 124. continet 1. vol. Bry., Plut., Ps.-Eucl., Eucl., Aristoxeni lib. I. ordo librorum est idem atque in U, et canonis sectionem cum Bononiae a. 1889 comparassem, inveni omnia accurate illi respondere, etiam Zosimi subscriptum p. 166; ex U igitur eum descriptum esse facile hinc concluseris. pag. 164 cum aberrasset Rhosus ex *πάλιν ἐπεὶ* lin. 8 in eadem vocabula lin. 4 correxissetque errorem in margine, hic librarius coeperat iam scribere quod sequitur *πολλαπλά* ..., cum invento errore supplevit lineas 3—4. quae autem correcta vel addita sunt in U, non omnia B vidit correcta (emend. 1 3 5 7 novit, 2 4 ignorat); post L igitur confectum dicas, sed ante Mon. — Volumen II continet Arx. II et III, Alyp., Gaud., Nicom., AQ. atque in Gaudentio om. *καί* 327, 10, habet lemmata minio picta, *κατὰ δὲ* 329, 14, *μέρη* 15, *μὲν δὴ* 331, 24, *ὑπάτων* 332, 14, *ἐπεῖχεν* 333, 17, omnia cum U. ubi vero U quid correxit, hic B agnoscit; scriptus igitur est post Ambrosianum qui correcta ignorat. Nicomachum

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/14?context=pdf

quoque primis paginis comparatis ex U transcriptum vidi, habet enim Bon. duos libros, *Πυθαγορικοῦ, ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον, πλανήτας* 236, 7. *τῇ* 10, om. *τὴν* 11, hab. *ἠυρέθησαν* 12, *τε* 19, *ὑπομνήματι παρὰ τοῖς* 237, 8, *φορτίῳ* 12 (ita superscr. *ν* U) *ἀπεριστάτου* 14, *διδασκάλου* 238, 19, *διῃρημένοις καὶ διεστὼς* 239, 1, plurima cum MU: *ἐγχειρίδιον, ηὑρ., φορτίῳ* proprie cum U.

Aristidis partem cum comparaverit Studemund exstentque variae lectiones apud Amsel de vi rhythmorum (Vrat. 1887) 128 (sign. Z), video hunc conspirare cum Lips. his rebus: *φιλοσόφων, μάθημα, τιμῖα, σχεδῶν, κἀκεῖνο τῆς τέχνης, γραφικῆς, καθιστῶσα, προιοῦσα, σοφός, πανάκεια, μέρη μόνην, ταῦτα*, ut proximos eos esse et simillimos iam hinc appareat. atque quod statui de huius Euclide Gaudentio Nicomacho, id statuere de Aristide minime dubito. immo filium hunc esse Ueneti 322 mihi persuasi etiam ex Aristidis diagrammatis, quae enotavi. conspirant in scalarum ordine p. 15 Meib. nec minus in vetustissimorum harmoniis p. 22. nam eadem est linearum dispositio, eadem signorum forma, eadem exhibent, eadem omittunt, nisi quod signum 10 in Bon. paulo propius accedere videtur ad ι, 15 ad numerum 6, 22 est Y, sed 23 est C ut in U, 29 C, 33 Bon. omittit. in quarta linea non omnia Bon. habet quae U, sed remisit aliqua in 5, eadem tamen iungunt, eadem spatiis separant. tertium signum ante finem dat Bon. Z, reliqua accurate conveniunt. — Volumen V exhibet Ptolemaeum et Porphyrium. Amsel-Stud. 124. contuli partes a. 1889.

(12) Bonon. 2432, chart. fol. hunc Br. Keil detexit et mihi descripsit. quod vero Italos quoque his diebus descripturos esse spero, in supplementa remitto.

(13) Cantabrigae in collegio Eman. esse dicitur AQ. Fabric. bibl. III 635. Jahn tacet.

(14) Coventriae erat „antiquus“ aliquis codex, quem Langbainius excussit, ut Meibomius uteretur ad edendum Euclidem. textus non multo abest ab U; lacunae eaedem in Penae Eucl. 158, 17. 160, 7.

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/14?context=pdf